



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 42. Benedicti XIV. literæ ad Carolum Albertum Imperatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.
A. C. 1742

tuta die præter solemne sacrum etiam
in gratiarum actionem Hymnum An-
brobianum esse decantandum, & per
tegrum biduum festivos ignes, alla-
publicæ lætitiæ signa per Urbem
edenda, quibus die prima Martii
arce S. Angeli omnium tormento-
fragoribus datum erat initium. An-
catissimum hunc diem excepit nox
stris; omnes enim Urbis ædes, curiæ
que Principum ac Legatorum palatium
excepto illo Reginæ Hungariæ, salu-
bus, pictisque laternis collucebant, &
sposisque per fenestras lampadibus
cundum objiciebant spectaculum, tum
cælo pariter ad lætitiæ augmentum
re stellato.

§. XLII.

*Ejusdem summi Pontificis literæ
Carolus Albertum Impera-
torem.*

Eodem tempore Benedictus XIV. Pon-
tifex Carolo Alberto Imperatori
viam dignitatem gratulaturus, literas
ad eum dedit, quas Georgius Princeps
Doria seu ab Auria Calcedonensis Episcopus,
atque Apostolicus Papæ Nuntius
tius ad Francofordiensi Comitatu
gatus Eidem porrigere jussus erat. His
rum summam huc referre, haud abs-
que

erit. Testatur igitur Pontifex, se in-
 credibili gaudio percepisse, quod ipse
 non sine speciali Dei providentia, mi-
 raque suffragantium consensione a S. R.
 Imperii Electoribus ad Cæsaream di-
 gnitatem fuisset vocatus; se totumque
 Purpuratorum Collegium rara illa vene-
 ratione & gratitudine, qua Cæsarea sua
 Majestas hanc dignitatem Divinæ cle-
 mentix in acceptis retulisset, intimo
 sensu delectatum fuisse, singularem quo-
 que submissionem erga sacram Sedem,
 filiale obsequium, quod Imperator in
 suis literis professus esset, eorum ani-
 mos suavissima voluptate complevisse,
 eo vel maxime, quod laudabili hac pro-
 pensione testatum reddidisset, Ipsum
 omnes virtutes, pietatem, prudentiam,
 æquitatem, magnanimitatem ac præ-
 fertim ingens sanctæ ac Catholicæ Re-
 ligionis, & sacrx Sedis studium a suis
 Majoribus hausisse, & velut hæredita-
 rio jure acquisivisse: Cæsaream vero
 Majestatem hoc ipso Zelo suo adeo illu-
 stre esse, ut Sanctitas sua Misericor-
 diarum Patri omnisque consolationis
 Deo vel ideo fervidas gratiarum actio-
 nes dependerit, quia per infinitam suam
 bonitatem Imperio de tali supremo Ca-
 pite prospexit, de quo omni jure spe-
 randum, Majestatem suam, uti in suis
 literis declarasset, strenuum sacrx Se-
 dis

Sæc. XVIII.
 A. C. 1742.

Sæc. XVIII.

A. C. 1742

dis vindicem fore, & veræ, ac univ-
 salis fidei incrementum & propa-
 gationem ad Ecclesiæ Catholicæ glo-
 riam sedulo procuraturam, simulque
 hæresibus obicem posituram. De
 eo minus dubitandum esse, quo lucu-
 lentius jam sui Zeli specimen dedisse
 dum in primo colloquio Francofurti
 sacræ Sedis auctoritatem æque, ac
 tius Cleri jura & prærogativas per
 Legatos strenue admodum defendere
 & Protestantium ausus represserit, &
 maximi momenti articulum, quæ
 Rysvicensis pacis aboleri postulat
 id toti Ecclesiæ eo majoris lætitiæ
 gumentum esse, quo insolentius Pro-
 stantes, si vicissent, tripudiasent. Sa-
 ctitatem suam pari etiam animi solaci-
 percepisse, gravem de Juliaceis
 Montana successione controversiam
 favorem Sulzbaccensis Ducis fuisse
 sam; inde enim anxias ipsius curas
 nitus fuisse depulsas, ne tam floride
 tiones ad Protestantes devolverentur
 prima igitur tam prosperi, ac Christi-
 næ religioni adeo proficui regimini
 auspicia summum Pontificem impellens
 ut rursus Cæsareæ suæ Majestati ac
 premium solium elevatæ fastissimæ
 diuturnum, ac gloria uberrimum
 perium gratuletur, & fausta quæ
 precetur; se Omnipotentem Deum

intimo cordis sui exoraturum, ut Cæ-
 iaream suam Majestatem largissima sua
 benedictione cumulare, cunctaque ejus
 consilia & conatus ad Religionis ac Ca-
 tholicæ fidei augmentum, ad levandas
 funestas Europæ calamitates, & ad ex-
 optatam, firmamque pacem stabilien-
 dam dirigere velit: *Dilectissimo in Chri-
 sto Jesu Filio nostro Carolo VII. electo
 Romanorum Regi.*

Sæc. XVIII.
 A. C. 1742.

MVX, 332
 3873, A

§. XLIII.

*Maria Theresia Hungariæ Regina de
 summo Pontifice quæstæ.*

Cum ergo summus Pontifex gratulato-
 riis hisce literis Carolum Albertum
 legitime electum Romanorum Impera-
 torem agnosceret, Maria Theresia Hun-
 garix ac Bohemix Regina inde gravi-
 ter offensa mox die vigesima quarta Fe-
 bruarii Comiti de Thun negotium dedit,
 ut apud Cardinalem Gonzagam, qui
 in rebus publicis Pontifici a secretis e-
 rat, desuper quereretur, eique scriptas
 præfatæ Reginx literas traderet, qua-
 rum summa erat hæc: „Nunquam Hun-
 garix Regina credidisset, quod Sancti-
 tas sua in maximi momenti negotio a-
 „deo præfestina foret, sed potius, pro-
 „ut jam ex literis a Regina ad ipsum da-
 „tis didicisset, memori animo recolisset,

L 1 4 „quan-